

sororem¹, set a Chilperico post decem reges sanguinis sui generationi Blitildis cessit e solio successio Chilperici. Siquidem ex memorata Blitilde genuit dux illustris Ansbertus Arnoldum, Arnoldus Arnulfum, ecclesie Metensis episcopum sanctum, Arnulfus Ansigisum, Ansigisus ex sancta Begga sorore² sancte Gertrudis et filia primi Pipini, qui primi filius Karolomagni³, Pipinum secundum, de quo Karolus, qui Martellus est dictus ab armorum exercicio triumphali vel a Romana generositate Marcellus. Hic vero Pipinum tertium et hominem Dei Karolomagnum secundum, quos adusque Blitildis heredes in regno Francorum et duces et palatii constat esse maiores. In diebus huius Pipini, cessante successione regia Chlodovei, translatus⁴ est regnum ad eiusdem propaginis ramum, videlicet ex sepe fata Blitilde productum, dum idem Pipinus tam divina dispositione quam apostolica iussione, simul et acclamatione principum, cleri populique totius, electus est et proventus in regem, genuitque Karolum secundum et magnum regem pariter et imperatorem. Filius eius Ludovicus primus et pius imperator, et ipse genuit Pipinum Italie regem, de quo Francie dux Bernardus⁵, et ex eo Pipinus, pater Veromandensis et Campanie⁶ principis Heriberti. Fertur huius fuisse pronepos⁷ ille Campanensium atque Blesensium potentissimus Odo comes, qui Tebaudi, qui Stephani, qui patris tui⁸ pater, precipui principis inter principes occidentis. Quod si generationis huius ex eodem fonte decursus per computationis ad te canalem alium dirivetur, evidens erit processisse seriatim de secundo primum⁹, de tercio secundum¹⁰, de quarto tertium¹¹, Karolo et Ogiva, regis Anglorum Eduardi primi filia, Ludovicum. Hic vero genuit ex filia Germanorum regis

1) Diese nebst den nächstfolgenden Gliedern gehört zu einer für die Legitimation der Arnulfinger schon viel früher erfundenen Genealogie.

2) 'sorore Begga' Hs.

3) 'Korol.' Hs. Dieser ist auch eine Erfindung.

4) 'tranlatum' Hs.

5) Vielmehr König von Italien.

6) Das ist falsch.

7) Heribert I.

Heribert II.

Liutgard vermählt mit

Theobald I. von Blois

Odo I.

Odo II.

8) Theobaldi IV. 9) Von Karl dem Grossen, welchen er oben als zweiten Karolus bezeichnet, indem Karl Martell der erste ist, Ludwig I.

10) Von Karl dem Kahlen Ludwig II. Balbus.

11) Von Karl dem Einfältigen Ludwig IV, der dritte in dieser Folge.